Vstrzycki et Lipecki sese mutuo Quietant

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Alexander de Vniczow Vstrzycki ab una et Hectorius de Stremplow Lipecki parte ab altera sani mente tamen et corporibus existentes a Terminis Dictibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedentes Iuri vero Iurisdictioni domini Castrensis Capitanealis Premisliensis quo ad actum praesentem attinet se eorumque Successoribus ac bonis suis quibusuis totaliter et plene incorporando atque subijcientes palam libere publice ac expresse recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo interesse exposuit. Quia ipsi sese mutuo et vicissim de Integra certa vicissim recognitis ratione Certarum rerum et Condictionum in eadem terrena Contentarum de actu et data illius Premisliae feria sexta post Dominicam Laetare quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto praesentibus Conscriptarum manibus recognoscentium ab utrinque subscriptarum Actisque praesentibus cum interpositione vadij Duorum Millium florenorum polonicalium roborata Nec non de eiusdem Inscriptione roboratione Castrensis Premisliensis quietant perpetuo Integraliter praefatam eiusdem Inscriptionem roboratamque in toto et totaliter cassant et annihilant sibi suisque posteris ratione praemissorum omnium perpetuo ab utrinque imponendo silentium.

Lipecki Vstrzyckiego Quietat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Hectorius de Stremplow Lipecki sanus mente et corpore existens a Terminis Dictibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedens Iuri vero Iurisdictioni domini Castrensis Capitanealis Premisliensis quo ad actum praesentem attinet se eorumque Successoribus ac bonis suis quibusuis totaliter et plene incorporando atque subijciens palam libere publice ac expresse recognouit. Quia ipse Generosum Alexandrum de Vniczow Vstrzycki eiusque posteros de summa Duorum Millium florenorum polonicalium sibi regnato per eundem Generosum Vstrzycki modo simplicis debiti coram Actis officij praesentis inscripta Nec non et de praefata Inscriptione debitoria Castrensis Premisliensis ratione praemissorum coram quietat perpetuo liberumque et absolutum pronunciat Inscriptionem supradictam debitoriam in toto cassat mortificat regnato sibi summae supradictae sufficientem praesentem esse persolutionem.